

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

patribus eorum secundum novitiam: et sederunt novilunio mensis septimi examinare negotium istud. Et determinatum est de viris qui habebant uxores alienigenas usque ad novem mensis septimi: et invenerunt ex sacerdotibus mixti qui habebant alienigenas uxores. Et filii ihesu filii iosedech et fratres eius: maseas et eliezer et lorib et ioadeus: et miserunt manus ut expellerent uxores suas: et ad litandum in exoracione ardentem pro ignorantia sua. Et ex filiis semeri: maseas et esses et icelech et azarias. Et ex filiis fozere: lisomalias et hismaenis et natthanae. iussio reddidit et callas. Et ex levitis: iorab et semeis et colnis et calitas et factas et coluas et elionas. Et ex sacerdotibus: eliasib et zaccar. Et ex ostiariis: fallum et colbanes. Et ex israel: ex filiis forosoli et remias et geddias et melchias et nichelus et eleazarus et iemnebias et bannas. Et ex filiis iolama: chamas et zacharias iezrel et ioddit et emoth et helias. Et ex filiis zathoi: eladas et liasam et zochias et larimoth et zabdis et tebedias. Et ex filiis zebes: iohannes et amarias et zabdias et emes. Et ex filiis bami: olam et maluch et iedde et iasub et asab et ierimoth. Et ex filiis addin: naath et moofias et cale et raanas maseas mathathias et beseel et bon et manases. Et ex filiis nuas: noneas et afeas et melchias et sameas et symon beniami et malch et marrias. Et ex filiis asom: cariane mathathias et bann et eliphalach et manasses et semei. Et ex filiis bami: iheremias et moodias et abram et iohel et baneas et pelias et ionas et marimoth et eliasib et mathane et eliab et orissas et diel et semedit et sabris ioseph. Et ex filiis nobei: idel et mathathias et sabad et zecheda secundum iessei baneas. Dominus isti dixerunt sibi uxores alienigenas: et dimiserunt eas cum filiis. Et inhabitaverunt sacerdotes et levites et qui erant ex israel in iherusalem et in tota una regione: novilunio mensis septimi. Et erant filii israel in amonacionibus suis. Et aggregata est omnis multitudo simul in area que est ab oriente porte sacre. Et dixerunt esdre pontifici et lectori ut afferret legem moysi que tradita est a domino deo israel. Et attulit esdras pontifex legem omni multitudini eorum a viro usque ad mulierem et omnes sacerdotibus: audire legem novilunio mensis septimi. Et legebat in area que est ante faciam

portam templi: a prima luce usque ad vesperam coram viris et mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. Et stetit esdras sacerdos et lector legis super lignum tribunal quod fabricatum erat. Et steterunt ad eum mathathias et sam amarias et zarias et vrias et ezechias et balsam ad dexteram: et ad sinistram falde misael malachias abulhas sab nabadias et zacharias. Et assumpsit esdras librum coram omni multitudinem: predebatur enim in gloria in conspectu omnium. Et cum absolvisset legem omnes recti steterunt: et benedixit esdras dominus deum altissimum: deum sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus amen. Et elevarunt sursum manus: propter quod steterunt in terra adoraverunt dominus ihesus et bannane et sarabias et iadim et accub et sabathes et calithes et azarias et iorad et ananias et filias levite que docebant legem domini: et in multitudine legebant legem domini: et predebatur singulis eos qui intelligebant lectionem. Et dixit ad tharates esdre pontifici et lectori: et levites que docebant multitudinem dicens. Dies huius sanctus est domino. Et omnes flebant cum audisset legem. Progressi sunt manducate pinguissima queque: et bibite dulcissima queque: et mittite munera hominibus que non habent. Sanctus enim est huius dies domini: et nolite melli esse. Dominus enim clarificabit vos. Et levites denuntiabant in publico omnibus dicentes. Dies huius sanctus est. Nolite melli esse. Et abierunt omnes manducare et bibere et epulari: et dare munera hominibus que non habebant ut epularentur. Magnifice enim sunt exaltati vobis quibus et docti sunt. Et aggregati sunt universi in iherusalem celebrare letitiam: secundum testamentum domini dei israel.

Explicit tertius liber esdre. Incipit liber esdre quartus. Capitulum . i .



Liber esdre prophete secundus filii sarei filii azarei filii elechie filii sadanie filii sadoch filii achib tob filii achie filii finees filii heli filii amerie filii asi ei filii marimoth filii arna filii ozie filii borith filii abissei filii finees filii eleazar filii aarō ex tribu leui: que fuit captus in regione medorum in regno artaxerxis regis persarum. Et